



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

VIII. De vtensilibus, paramentis, & libris, & ceteris ornamentis
ecclesiasticis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

772 CLEMENS P. V. CONCILIVM HENRICVS VII.
IMP.

tis contrahit & incurrit, ab ordinario suo arctius puniatur.

ANNO
CHRISTI
1511

R V B R I C A VIII.

*Iij*ab* 52.* Cum non solum ministri ecclesiastici mundi esse debeant, sed utensilia pro diuino cultu munda & munde teneri & tractari, præmonente propheta: *Mundamini qui fertis vasa Domini*, statuimus quod corporalia, pallæ, tobaleæ, & cetera sacerdotum & altarium ornamenta, munda sint, & cum omni munditia conseruentur: & calices habeantur argentei, si commode fieri poterit, & ecclesiarum suppetant facultates: & sufficietes libri pro diuinis officiis, & paramenta: super quibus volumus & mandamus diligentem & solerter per dicecesanos curam & solicitudinem adhiberi, & terminum congruum non habentibus statuere ad habendum prædicta: & ubi in prædictis habendis ecclesiarum non sufficient facultates, monentur laici, & maxime parochiani, & solicite inducantur, ut componant & contribuant saltem prodimidia in prædictis.

Cum inter cetera utensilia pro diuino ministerio sit campana utilis & necessaria, ad cuius sonum maxime fideles excitantur ad diuinum cultum, & dæmones propelluntur, statuimus quod de cetero campanæ quæ fient de nouo benedictantur ea solennitate quæ in pontificali inscribitur, in ecclesiis cathedralibus, ciuitatibus singulis, & collegiatis, & plebibus, & conuentualibus singulis dicæcesum.